

BASSANVS SICAMBRORVM REX.



**B**assanus filius fuit Dioclis regis Sicambrorū. Habebat is Helenum fratrem etate seniorem, qui post patrem rex factus erat. Cum autem ille ob inertiam se regno abdicare cogeretur, Bassanus eius frater in huius locum omnium consensu rex constitutus est, anno mundi ter millesimo sexcetesimo octuagesimo. Erat enim is vir fortissimus, & multis virtutibus ornatus. Is regnum nactus Thaborium regem Tegaranorum, qui hodie Vuestphali dicuntur, bello uicit, & occidit. Huius tempore Heligastus uates Sycambris adfuit, atq; eos sacrificandi ritum docuit, quem Bassanus magno apud se loco habuit. Cum hoc modo egregie per annos triginta sex suis praeuisset, moritur, et Clodomirus eius filius rex eligitur. Trith, Ioan. Funck, in Chron.